

HOMILIA<sup>1</sup>

- 2073** 9. «Ἐγὼ γάρ, φησίν, καὶ πρὸ σαρκώσεως ὀφθην. [...] 11. Καὶ νῦν σαρ- RB  
κωθεὶς κατὰ ἀλήθειαν, ὡς εὐδόκησα, φαίνομαι, φυλάξας καὶ τὸ ἐκ μητρὸς 58, 235  
παντελῶς ἀναμάρτητον ». RB  
58, 235
- 2074** 13. Τίς γάρ εἰδεν ὀφθαλμοῖς ἢ τίς ἐρμηνεῦσαι δυνήσεται τόκον ἀρρευ- RB  
στον, καὶ γέννησιν ἄχρονον καὶ ὡδῆνος πάσης ἐλευθέραν, καὶ οὐδὲν τοῦ πατρὸς 58, 235  
συνατίδιον, καὶ κλάδον τῆς ρίζης συνάναρχον, καὶ θεὸν ἐκ παρθένου, καὶ ἀπά-  
τωρ τὸ βρέφος, καὶ τὴν τεκοῦσαν ἀπεριέργως τοῖς λαληθεῖσιν πιστεύσασαν  
καὶ λέγουσαν· «'Ιδού ἡ δούλη κυρίου· γένοιτο μοι κατὰ τὸ ῥῆμά σου». RB  
58, 235
- 2075** 38. Ἐὰν δὲ καὶ αὐτὴν τὴν θεοτόκον ἐπερωτῆσαι τολμήσω· «Πῶς γέ- RB  
γονας μήτηρ γάμου χωρίς;» πάντως ἔρει· «'Ἄγγελος μὲν πρώην ἀφθαρτος,  
ἄνυμφος ἐτόλμησεν ἐπιστάς. 39. Καὶ λόγον ἥκουσα, λόγον ἐκύησα, λόγον  
ἀπέδωκα. 40. Ἐτεκον γάρ τὸ φῶς, καὶ τὸ πῶς ἀγνοῶ· τέκνον ἔχω, καὶ γά-  
μον οὐκ οἶδα· γάλακτος προσφέρω πηγήν, καὶ παρθενίας ἀκλοπον κέντημαι  
νομήν. 41. Παιδίον ἐν ἀγκάλαις \* βαστάζω· οὐ δύναμαι δὲ λέγειν πῶς γέ- \*243
- 

- 2073** 9. «Ego enim, ait [Verbum], ante incarnationem apparui...  
11. Et nunc idcirco incarnatus clare apparui, sicuti volui, immu-  
tata tamen et absolute permanente matris integritate ».
- 2074** 13. Quis unquam vidit oculis suis vel quis explicare poterit im-  
mutabilem nativitatem, et generationem aeternam et ab omni dolore  
immunem, et Filium coaeternum Patri, et ramum cum stirpe pari-  
ter congeneratum, et Deum ipsum de Virgine natum, et puerum  
sine patre, et genitricem, et quam sine vana curiositate credidit  
verbis, quibus erat appellata, et exclamavit: *Ecce ancilla Domini,  
fiat mihi secundum verbum tuum?*<sup>2</sup>
- 2075** 38. Si Matrem Dei ipsam interrogare audeo: «Quomodo effecta  
es Mater sine marito?», illa mihi sine dubio respondet: «Olim An-  
gelus incorruptibilis et castissimus ausus est mihi astare. 39. Au-  
divi verbum, Verbum concepi, peperi Verbum. 40. Lucem peperi  
et quomodo ignoro. Est mihi infans, matrimonium non novi. Adest  
in me fons lactis, virginitas tamen in me intacta permanet. 41. Par-  
vulum ulnis meis porto; quomodo tamen mater effecta sim, eloqui

<sup>1</sup> Quam Homiliam edidit D. Amand «Une homélie inédite anti-nestorienne  
du v siècle», in *Revue Bénédictine* 58 (1948). Docti viri eam attribuunt S. Basilio Magno (S. Y. Rudberg) vel Proclo (Amand, Leroy) vel eius discipulo. Dubitat Caro. Cf. RPhTh 549.

<sup>2</sup> Lc. I, 38.

γνα α μήτηρ. 42. Ἐγώ δὲ τοῦτον ὁμολογῶ υἱόν μου, κτίστην μου καὶ δημιουργόν, παιδίον καὶ τῶν αἰώνων ἀρχαιώτερον ».

nescio. 42. Attamen recognosco uti filium meum eum qui Creator et Gubernator meus est, infantulus et simul perantiquus ».

#### DE NATIVITATE DOMINI<sup>1</sup>

PL  
17, 1201  
(1240)

2076

Mysterium Ecclesiae,  
Hymnum Christo referimus,  
Quem genuit puerpera,  
Verbum Patris in Filio.

Sola in sexu femina,  
Electa es in saeculo,  
Et meruisti Dominum  
Sancto portare in utero.

Vates antiqui temporis  
Praedixerant quod factum est,  
Quia Virgo conciperet,  
Et pareret Emmanuel.

Mysterium hoc magnum est,  
Mariae quod concessum est,  
Ut Deum per quem omnia,  
Ex se videret prodere.

Vere gratia plena es  
Et gloriosa permanes,  
Quia ex te nobis natus est  
Christus per quem facta sunt omnia.

Pastores qui audierunt,  
Gloriam Domino cantarunt,  
Cucurrerunt in Bethleem  
Natum videre Dominum.

Sic magi ab ortu solis  
Per stellae indicium  
Portantes typum gentium  
Primi offerunt munera.

<sup>1</sup> « Hymne d'origine milanaise antérieure au VIII<sup>e</sup> siècle » (M. SIMONETTI, in Lau 124).